92

Joannes Albertus Rex Henrico Rychstern Consuli Elbingen: 100 Marc: in Villa Bungarth. inscribit.

Johannes Albertus DEI Gratia Rex Poloniae supremus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis Quomodo attenta integritate fidei et constantibus obsequiis famosi Henrici Rychstern Consulis Elbingen: quibus nobis plurimum commēdatus est, volentes quoque ipsum propterea reddere consolatum, et ad futura obsequia promtiorem. Sibi centum Marcas Solidorum Monetae et numeri Pruthenicalis viginti grossos, Solidorum in quamlibet Marcam computando. In villa nostra dicta Bungarth, interra Elbingen: et districtu Kirsborgen: sita. Tenute ipsius Inscripsimus et donavimus Inscribimusque et donamus tenore praesentium mediante per ipsum Henricum et eius successores legitimos villam praedictam. Cum omni iure dominio et proprietate tenendum, habendum, utifruendum pacifice et quiete possidendum. Cum omnibusque censibus proventibus, utilitatibus, et redditibus universis Tamdiu, quousque sibi vel eius successoribus legitimis per nos, vel nostros successores legitimos, praefatae centum Marcae una cum aliis summis, in capitalibus tuis iuste et legitime inscriptis plenarie et integre fuerint exolutae. Omnibus solutis possessio tandem villae praefatae ad nos pleno iure devolventur. Iuribus nostris Regalibus per omnia semper salvis. harum quibus Sigillum nostrum praesentibus est sub appensum, testimonio literarum. Datum in Marienburg ipso die Dominico Sanctae Priscae Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo quinto

Regni vero nostri Anno tertio.

Relatio Venerabilis Gregorii
de Ludbrancz Regni Poloniae
Vice Cancellarii

Ta Kopia przepisana z Originału pargaminowego Dnia 14 Czerwca 1784 Roku. U dołu na zawiasce pargaminowey wisi pieczęć okrągła mała w niey na Massie Czerwony wyciśniony Herb.